This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

G 5519

Harvard College Library

From the
CONSTANTIUS FUND
Bequeathed by
Evangelinus Apostolides Sophocles
Tutor and Professor of Greek
1842–1883

For Greek, Latin, and Arabic
Literature

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

G.55.9

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

(52)

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTVLAE PRIVATAE GRAECAE

QVAE IN PAPYRIS AETATIS LAGIDARVM SERVANTVR

EDIDIT

STANISLAVS WITKOWSKI

ADIECTA EST TABVLA PHOTOTYPICA

MCMVI

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

Digitized by Google

Digitized by Google

G 55.9

HARVARD COLLEGE
MAR 16 1908
LIBRARY.

Constantius fund

σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς ἰδεῖν τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος, ἐξ οὐδενὸς δὲ οὕτως ὡς ἐπιστολῆς.

Demetr. de elocut. 227
(Hercher p. 13).

φιλοφρόνησις γάρ τις βούλεται εἶναι ἡ ἐπιστολὴ σύντομος καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς.

Demetr. de elocut. 231
(Hercher p. 14).

Briefe gehören unter die wichtigsten Denkmäler, die der einzelne Mensch hinterlassen kann.

Goethe.

Digitized by Google

CASIMIRO DE MORAWSKI

S.

Digitized by Google

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Pag.

Conspectus epistularum in hac sylloge editarum . . . VI
Conspectus papyrorum in hoc libello editarum . . . X
Conspectus epistularum secundum gradum eruditionis eorum, qui scribunt, dispositus XI
Conspectus epistularum secundum locos, quibus repertae sunt, dispositus XIII
Praefatio XV
Addenda XXII
Menses Aegyptii XXIII
Conspectus librorum, qui saepius laudantur saepiusve sunt adhibiti XXIII
Explicatio ad textum et apparatum criticum XXVI
Compendia XXVI
Textus epistularum . . . . . 1—98
Appendix (Ep. Lips. 104) 98
Indices 101
I. Observationes grammaticae 101
II. Indices 111
A. Index nominum 111
B. Index vocabulorum 116

Digitized by Google

CONSPECTUS EPISTULARUM IN HAC SYLLOGE EDITARUM.

A. EPISTULAE CLEONIS ARCHITECTI, EIUS UXORIS ET FILIORUM.

Nr. huius edit.	Argumentum	Aetas	Collectio
1	Ep. Philonidis ad patrem Cleonem	saec. III. med.	P.Fl.P. I 30, 1
2	Ep. Polycratis ad patrem Cleonem	" "	" II 11, 2
3	Ep. Polycratis ad patrem Cleonem	" "	" II 11, 1
4	Ep. hominis cuiusdam ad Cleonis familiam pertinentis ad Cleonem	" "	" II 16
5	Ep. Philonidis ad patrem Cleonem	" "	" III 42 H 7
5a	Fragmenta epistulae Philonidis ad patrem Cleonem	" "	" III p. 113
6	Ep. Metrodorae uxoris ad Cleonem	" "	" III 42 H 8 f
7	Fragmenta epistularum Metrodorae uxoris ad Cleonem	" "	" III 42 H 8 a, b, c, d, e
8	Ep. Philonidis ad patrem Cleonem	" "	" II 13, 19
9	Ep. Cleonis ad Paeonem	" "	" II 42 b
10	Ep. Philonis ad Cleonem	" "	" III 42 G 9

B. RELIQUAE EPISTULAE III. SAECULI.

11	Ep. Dioscuridis ad Diophanem, strategum nomi Arsinoitici	saec. III. med.	P.Fl.P. II 2, 3

Digitized by Google

Nr. huius edit.	Argumentum	Aetas	Collectio
12	Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad patrem Dioscuridis	saec. III. med.	P. Fl. P. II 2, 4
13	Ep. Alcaei vilici ad dominum Sosiphanem	saec. III. (aet. Ptol. II. vel III.)	„ I 29
14	Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad Sosiphanem	saec. III.	„ III 53o
15	Ep. Dorothei ad Theodorum	saec. III. (a. 7 Ptol. II. vel III.)	„ II 40b
16	Ep. Manreos ad homines Aegyptios in colonia quadam ad Mare Rubrum commorantes	saec. III. (a. 24 Ptol. II. vel III.)	„ II 40a
17	Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad Antipatrum	saec. III.	„ III 53q
18	Ep. Ammonii ad Apollonium	„	„ III 53n
19	Epistulae fragmentum	„	„ III 53r
20	Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad Diotimum (?)	„	„ III 53k
21	Ep. Ptolemaei ad Achillem	„	P. Goodsp. 3
22	Subscriptio graeca epistulae demoticae a sacerdotibus Suchi missae	saec. III. (aet. Ptol. II. vel III.)	P. Grenf. II 14d
23	Ep. Aristo .... ad personam, cuius nomen intercidit	saec. III., ut vid.	P. Alex. 3
24	Epistulae fragmentum	„ „ „	„ „ 4
25	Ep. Timoxeni ad Moschionem	„ „ „	P. Passalacqua 1563

C. EPISTULAE AD MAGNUM SARAPEUM PERTINENTES.

a) EPISTULAE AD HEPHAESTIONEM AB UXORE ISIADE ET A FRATRE DIONYSIO MISSAE.

26	Ep. Isiadis ad maritum Hephaestionem in Sarapeo reclusum	a. 168, ut vid.	P. Lond. 42
27	Ep. Dionysii ad fratrem Hephaestionem in Sarapeo reclusum	„ „ „	P. Vat. A

Digitized by Google

Nr. huius edit.	Argumentum	Aetas	Collectio
	b) EPISTULAE PTOLEMAEI, GLAUCIAE FILII, MACEDONIS, IN SARAPEO RECLUSI, EIUS FRATRUM ET AMICORUM.		
28	Ep. Lysimachi ad Ptolemaeum	a. 162	P. Par. 32
29	Ep. Dionysii, strategi Memphidis, ad Ptolemaeum	a. 164—158	„ „ 49
30	Ep. Apollonii ad fratrem Sarapionem	circa a. 162	„ Lond. 28
31	Initium ep. Apollonii ad fratrem Hippalum	a. 161	„ „ 33 b
32	Ep. Apollonii ad fratrem Ptolemaeum	a. 160	„ Par. 59
33	Ep. Apollonii ad fratrem Ptolemaeum	a. 154	„ „ 60
34	Ep. Sarapionis ad fratres eius Ptolemaeum et Apollonium	a. 154	„ „ 43
35	Ep. Ptolemaei ad fratrem Hippalum	circa a. 153	„ „ 58
36	Ep. Apollonii ad fratrem Ptolemaeum	a. 153	„ „ 44
37	Ep. Apollonii, fratris Ptol., ad Apollonium, *ἡγεμόνα καὶ ἐπιστάτην τοῦ Ἀνουβιείου*	a. 153	„ „ 45
38	Ep. Apollonii ad fratrem Ptolemaeum	a. 153	„ „ 46
39	Ep. Apollonii ad fratrem Ptolemaeum	circa a. 153	„ „ 47
	c) EPISTULA MYRULLAE ET CHALBAE ARABUM.		
40	Ep. Myrullae et Chalbae Arabum ad Dacutin in Sarapeo commorantem	a. 153	P. Par. 48

D. RELIQUAE EPISTULAE II. SAECULI.

41	Epistulae fragmentum	saec. II. pars prior	P. Amh. II 37
42	Ep. Polycratis ad Philoxenum	saec. II. medii, ut vid.	„ Goodsp. 4
43	Ep. Esthladae ad patrem	a. 131/0	„ Revill. Mél. p. 295

Digitized by Google

Nr. huius edit.	Argumentum	Aetas	Collectio
44	Ep. Musaei ad fratrem Menchen	saec. II. pars post.	P. Tebt. 55
45	Ep. Petesuchi ad Marretem	saec. II. pars post. (ca. 130—121)	„ „ 56
46	Ep. Petenephietis ad personam, cuius nomen intercidit	a. 114	„ „ 57
47	Ep. publicani ad socium	a. 111	„ „ 58
48	Ep. Portidis, tribuni militum, ad Patetem, Pachratem, ceteros	a. 103	„ Amh. II 39 (+ Grenf. I 30)
49	Ep. Menonis (?) ad fratrem Hermocratem	saec. II.	P. Grenf. I 43
50	Fragmentum epistulae matris ad filium	saec. II., ut vid.	„ Lond. I 43
51	Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad fratrem	saec. II.	„ Berol. 1009

E. EPISTULAE I. SAECULI.

52	Ep. Posidonii ad sacerdotes Tebtynienses	a. 99	P. Tebt. 59
53	Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad fratrem (?)	circa a. 99	„ Leid. K
54	Ep. Petosuchi ad fratres eius Petearsemthen et Paganin et aliquot amicos	a. 95	„ Grenf. II 36
55	Ep. Pasionis ad patrem Niconem	saec. I. med.	„ „ II 38
56	Ep. Antatis ad Faustum	a. 2	„ Oxyrh. 742
57	Fragmentum epistulae	a. 2	„ „ 743
58	Ep. Hilarionis ad uxorem Alitem	a. 1	„ „ 744

Digitized by Google

CONSPECTUS PAPYRORUM IN HOC LIBELLO EDITARUM.

	huius edit.
P. Vat. A (= Mai V 601 sq.)	[= Nr. 27]
P. Leid. K	[= „ 53]
P. Par. 32	[= „ 28]
43	[= „ 34]
44	[= „ 36]
45	[= „ 37]
46	[= „ 38]
47	[= „ 39]
48	[= „ 40]
49	[= „ 29]
58	[= „ 35]
59	[= „ 32]
60	[= „ 33]
P. Lond. I 28	[= „ 30]
33 b	[= „ 31]
42	[= „ 26]
43	[= „ 50]
P. Flind. Petr. I 29	[= „ 13]
30 (1)	[= „ 1]
II 2 (3)	[= „ 11]
2 (4)	[= „ 12]
11 (1)	[= „ 3]
11 (2)	[= „ 2]
13 (19)	[= „ 8]
16	[= „ 4]
40 (a)	[= „ 16]
40 (b)	[= „ 15]
42 (b)	[= „ 9]
III 42 G 9	[= „ 10]
42 H 7	[= „ 5]

	huius edit.
P. Flind. Petr. III 42 H 8 (a—f)	[= Nr. 7 + 6]
53 (k)	[= Nr. 20]
53 (n)	[= „ 18]
53 (o)	[= „ 14]
53 (q)	[= „ 17]
53 (r)	[= „ 19]
p. 113	[= „ 5 a]
P. Revill. Mél. p. 295 (= Par. 10594)	[= „ 43]
P. Grenf. I 30	[= „ 48]
43	[= „ 49]
II 14 d	[= „ 22]
36	[= „ 54]
38	[= „ 55]
P. Alex. 3	[= „ 23]
4	[= „ 24]
P. Berol. 1009	[= „ 51]
P. Passal. 1563	[= „ 25]
P. Amherst II 37	[= „ 41]
39	[= „ 48]
P. Goodsp. 3	[= „ 21]
4	[= „ 42]
P. Tebtyn. 55	[= „ 44]
56	[= „ 45]
57	[= „ 46]
58	[= „ 47]
59	[= „ 52]
P. Oxyrh. (IV) 742	[= „ 56]
743	[= „ 57]
744	[= „ 58]

Digitized by Google

CONSPECTUS EPISTULARUM

SECUNDUM GRADUM ERUDITIONIS EORUM, QUI SCRIBUNT, DISPOSITUS.

a) EPISTULAE HOMINUM ERUDITORUM.

1. [Nr. 9] P. Fl. P. II 42 b Ep. Cleonis architecti ad Paeonem.
2. [„ 1] P. Fl. P. I 30, 1 Ep. Philonidis, filii Cleonis, ad patrem.
3. [„ 5] P. Fl. P. III 42 H 7 Ep. Philonidis, filii Cleonis, ad patrem.
4. [„ 5a] P. Fl. P. III p. 113. Fragmenta ep. Philonidis, filii Cleonis, ad patrem.
5. [„ 8] P. Fl. P. II 13, 19. Ep. Philonidis, filii Cleonis, ad patrem.
6. [„ 2] P. Fl. P. II 11, 2. Ep. Polycratis, filii Cleonis, ad patrem.
7. [„ 3] P. Fl. P. II 11, 1. Ep. Polycratis, filii Cleonis, ad patrem.
8. [„ 6] P. Fl. P. III 42 H 8 f. Ep. Metrodorae, uxoris Cleonis, ad maritum.
9. [„ 7] P. Fl. P. III 42 H 8a—e. Fragmenta epistularum Metrodorae ad maritum.
10. [„ 4] P. Fl. P. II 16. Ep. hominis cuiusdam ad Cleonis familiam pertinentis ad Cleonem.
11. [„ 10] P. Fl. P. III 42 G 9. Ep. Philonis ad Cleonem.
12. [„ 11] P. Fl. P. II 2, 3. Ep. Dioscuridis ad Diophanem, strategum nomi Arsinoitici.
13. [„ 12] P. Fl. P. II 2, 4. Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad patrem Dioscuridis.
14. [„ 13] P. Fl. P. I 29. Ep. Alcaei vilici ad dominum Sosiphanem.
15. [„ 14] P. Fl. P. III 53 o. Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad Sosiphanem.
16. [„ 15] P. Fl. P. II 40 b. Ep. Dorothei ad Theodorum.
17. [„ 16] P. Fl. P. II 40 a. Ep. Manreos ad homines Aegyptios in colonia quadam ad Mare Rubrum commorantes.
18. [„ 18] P. Fl. P. III 53 n. Ep. Ammonii ad Apollonium.
19. [„ 20] P. Fl. P. III 53 k. Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad Diotimum (?).

Digitized by Google

20. [Nr. 22] P. Grenf. II 14d. Subscriptio graeca epistulae demoticae a sacerdotibus Suchi missae.
21. [„ 23] P. Alex. 3. Ep. Aristo . . . . ad personam, cuius nomen intercidit.
22. [„ 25] P. Passalacqua 1568. Ep. Timoxeni ad Moschionem.
23. [„ 26] P. Lond. 42. Ep. Isiadis ad maritum Hephaestionem.
24. [„ 27] P. Vat. A. Ep. Dionysii ad fratrem Hephaestionem.
25. [„ 29] P. Par. 49. Ep. Dionysii, strategi Memphidis, ad Ptolemaeum.
26. [„ 42] P. Goodsp. 4. Ep. Polycratis ad Philoxenum.
27. [„ 43] P. Revill. Mél. p. 295. Ep. Esthladae ad patrem.
28. [„ 44] P. Tebt. 55. Ep. Mussaei ad fratrem Menchen.
29. [„ 46] P. Tebt. 57. Ep. Petenephietis ad personam, cuius nomen intercidit.
30. [„ 49] P. Grenf. I 43. Ep. Menonis (?) ad fratrem Hermocratem.
31. [„ 50] P. Lond. I 43. Fragmentum epistulae matris ad filium.
32. [„ 51] P. Berol. (III) 1009. Epistula personae, cuius nomen intercidit, ad fratrem.
33. [„ 52] P. Tebt. 59. Ep. Posidonii ad sacerdotes Tebtynienses.
34. [„ 53] P. Leid. K. Ep. personae, cuius nomen non servatur, ad fratrem.

b) EPISTULAE HOMINUM MODICE ERUDITORUM.

35. [Nr. 17] P. Fl. P. III 53q. Ep. personae, cuius nomen intercidit, ad Antipatrum.
36. [„ 19] P. Fl. P. III 53r. Epistulae fragmentum.
37. [„ 21] P. Goodsp. 3. Ep. Ptolemaei ad Achillem.
38. [„ 24] P. Alex. 4. Epistulae fragmentum.
39. [„ 41] P. Amh. II 37. Epistulae fragmentum.
40. [„ 45] P. Tebt. 56. Ep. Petesuchi ad Marretem.
41. [„ 47] P. Tebt. 58. Ep. publicani ad socium.
42. [„ 48] P. Amh. II 39 (+ Grenf. I 30). Ep. Portidis, tribuni militum, ad Patetem, Pachratem, ceteros.
43. [„ 54] P. Grenf. II 36. Ep. Petosuchi ad fratres eius Petearsemthen et Paganin et aliquot amicos.

c) EPISTULAE HOMINUM NON ERUDITORUM.

44. [Nr. 28] P. Par. 32. Ep. Lysimachi ad Ptolemaeum, Glauciae filium.
45. [„ 30] P. Lond. 28. Ep. Apollonii, Glauciae filii, ad fratrem Sarapionem.

Digitized by Google

46. [Nr. 31] P. Lond. 33 b. Initium ep. Apollonii, Glauciae filii, ad fratrem Hippalum.
47. [„ 32] P. Par. 59. Ep. Apollonii, Glauciae filii, ad fratrem Ptolemaeum.
48. [„ 33] P. Par. 60. Ep. Apollonii, Glauciae filii, ad fratrem Ptolemaeum.
49. [„ 36] P. Par. 44. Ep. Apollonii, Glauciae filii, ad fratrem Ptolemaeum.
50. [„ 38] P. Par. 46. Ep. Apollonii, Glauciae filii, ad fratrem Ptolemaeum.
51. [„ 39] P. Par. 47. Ep. Apollonii, Glauciae filii, ad fratrem Ptolemaeum.
52. [„ 37] P. Par. 45. Ep. Apollonii, Glauciae filii, ad Apollonium, *ἡγεμόνα καὶ ἐπιστάτην τοῦ Ἀνουβιείου.*
53. [„ 34] P. Par. 43. Ep. Sarapionis, Glauciae filii, ad fratres eius Ptolemaeum et Apollonium.
54. [„ 35] P. Par. 58. Ep. Ptolemaei, Glauciae filii, ad fratrem Hippalum.
55. [„ 40] P. Par. 48. Ep. Myrullae et Chalbae Arabum ad Dacutin.
56. [„ 55] P. Grenf. II 38. Ep. Pasionis ad patrem Niconem.
57. [„ 56] P. Oxyrh. 742. Ep. Antatis ad Faustum.
58. [„ 57] P. Oxyrh. 743. Epistulae fragmentum.
59. [„ 58] P. Oxyrh. 744. Ep. Hilarionis ad uxorem Alitem.

CONSPECTUS EPISTULARUM

SECUNDUM LOCOS, QUIBUS REPERTAE SUNT, DISPOSITUS.

1. Fajûm:

universae papp. Fl. P. (= Nr. 1—20).
P. Goodsp. 3 (= Nr. 21).
P. Grenf. II 14 d et 38 (= Nr. 22 et 55).
? P. Alex. 3 et 4 (= Nr. 23 et 24) (Botti tantummodo a Flindersio Petrio repertas esse indicat).
P. Amh. II 37 (= Nr. 41).

2. Tebtynis prope Fajûm:

universae papp. Tebt. (= Nr. 44—47 et 52).

Digitized by Google

3. Memphis:

P. Lond. 42, 28, 33b (= Nr. 26, 30, 31).
P. Vat. A (= Nr. 27).
universae papp. Paris. (= Nr. 28, 29, 32—40).
P. Leid. K (= Nr. 53).

4. Oxyrhynchus:

omnes tres papp. Oxyrh. (= Nr. 56—58).

5. Pathyris in Aeg. sup.:

P. Revill. Mél. p. 295 (= Nr. 43).

6. Gebelên in vetustą Thebaide (Aeg. sup.):

P. Amh. II 39 (+ P. Grenf. I 30) (= Nr. 48).

7. In Thebaide:

P. Grenf. I 43 et II 36 (= Nr. 49 et 54).

8. Locus non indicatus:

P. Passal. 1563 (= Nr. 25).
P. Goodsp. 4 (= Nr. 42).
P. Lond. I 43 (= Nr. 50).
P. Berol. (III) 1009 (= Nr. 51).

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Epistularum privatarum, quae in papyris graecis aetatis Ptolemaeorum servantur, syllogen non inutilem fore existimavi. Etenim „documenta humana“ illa digna sunt, quae legantur, cum nulla alia antiquitatis monumenta vitam cottidianam istorum temporum tam vividis coloribus tamque fideliter nobis depingant. Collectionem hanc Corpori epistularum graecarum, quo aetas futura sine dubio nos donabit, aliquantulum profuturam spero. Sed et alteram ob causam — eamque graviorem — chartulas illas colligi operae pretium fore putavi: epistulae privatae sunt *κοινῆς* cottidianae monumenta pretiosissima, quibus praestantiora non habemus.

Cum huic sermoni cottidiano cognoscendo syllogen meam imprimis inservire cuperem, in epistulis ordine digerendis temporum rationem secutus sum. Sed intra temporis terminos argumentorum nexum, quantum fieri potuit, esse respiciendum probe sentiebam. Qua re epistulas, quae ad easdem personas pertinebant, una collectas proposui. Ob eandem rationem epistulas ad magnum Sarapeum spectantes in unam seriem conexui.

Hanc epistularum syllogen non in eorum destinavi usum, qui in papyris cognoscendis et dilucidandis versantur. Sane et his nonnihil novi afferre studui. Praebeo eis in hac editione novam recensionem papyrorum Parisinarum et papyri Vaticanae, utramque nova collatione fultam. Praeterea invenient in hoc opusculo

Digitized by Google

textum ceterarum papyrorum haud paucis locis emendatiorem, lacunas hic illic primum aut rectius expletas, res et voces hic illic accuratius quam adhuc factum est explicatas. Ceterum editione mea his primum prodesse volui, qui ceteris antiquitatis graecae provinciis operam navant et epistulas illas nonnisi carptim et sine multa temporis impensa cognoscere in animo habent, in horum vero numero potissimum eis, qui ad linguam graecam eiusque historiam studium conferunt et monumenta κοινῆς cottidianae una collecta possidere cupiunt; tum philologis et historicis, qui ex epistulis tamquam e speculo fidelissimo cultum atque humanitatem illorum temporum cognoscere student. Spectavi et id, ut adolescentibus litterarum graecarum studiosis papyrorum exempla ceteris quadamtenus intellectu faciliora proponerem. Iam hic tamen moneo me in commentario adolescentium illorum non semper rationem habuisse, cum, si hoc facere voluissem, longe plura mihi explananda fuissent quam a me explicata videbis. Cuius rei causas infra exponam.

Sylloge mea universas epistulas privatas complectitur, quae usque ad annum 1905 e papyris publici iuris factae mihi innotuerunt. In qua componenda me terminum temporis, quem in titulo huius opusculi expressum vides, servilem in modum tenere minime volui et ultra mortem Cleopatrae egredi atque ad Christi nati annum epistularum seriem extendere mihi licere credidi. Itaque recepi tres epistulas aetatis Augusti antechristianae, quae in IV. tomo papyrorum Oxyrhynchi (Grenfell-Hunt, The Oxyrhynchus papyri. Part IV. Oxford 1904) editae sunt (nr. 742—744, duae anni 2. a. Chr., tertia anni 1. a. Chr.). In collectione instituenda fundamento mihi fuit utilissimus index epistularum privatarum, quem Ulricus Wilcken in libri Archiv für Papyrusforschung volumine I edidit. A quo viro docto duabus in rebus discessi. Primum secludendas putavi P. Paris. 31, quae non est epistula privata, sed libellus supplex, et P. Flind. Petr. II 3, quam fragmenta epistulae privatae continere pro certo affirmari non potest.

Digitized by Google

Contra in epistularum privatarum numero posui P. Flind. Petr. II 13 (19), quae epistula privatis omni nomine adnumeranda mihi videbatur. Epistularum numerum a Wilckeno constitutum auxi compluribus epistulis, quae postea in lucem sunt protractae: una epistula Berolinensi, duabus Amhersti, duabus Goodspeedi, quinque epistulis Tebtyniensibus, tribus Oxyrhynchi repertis, denique novem epistulis in III. volumine papyrorum Flindersi Petrii editis.[1]) De papyro Amhersti II 39, quae epistulam Portidis ad Patetem et Pachratem missam continet, diu dubitavi, essetne collectioni meae inserenda; privatis ut adnumerarem, Deissmann eis, quae in libro Bibelstudien p. 205 sq. de indole et natura epistularum privatarum disseruit, me adduxit. Maiores etiam scrupulos mihi iniecit epistula (P. Louvre 10593, reperta Pathyri, edita a Revilloutio Mélanges p. 291, repetita a Seymouro de Ricci Arch. f. P. II 515 sq.), qua Philammo quidam eosdem ipsos Patetem et Pachratem invitat, ut ad certamen (ἀγών) aliquod cum ipso et ipsius patre eadem nave proficiscantur. Si ἀγών est certamen sodaliciorum (clubs), epistula est privata; si vero de certamine aliquo militari vel exercitiis (manoeuvres) agitur, epistulam e privatarum sylloge secludendam esse elucet. In re incerta malui omissionis crimen merere quam in syllogen rem ab ipsa alienam introducere. Fortasse papyri, quae proximis annis in lucem protrahentur, dubitationem hanc tollent. Ut in hac, dubitavi et in nonnullis aliis epistulis a magistratibus vel ad magistratus missis, essentne epistulis privatis an epistulis ad res publicas spectantibus adnumerandae. Altera ex parte inter privatas recepi epistulas, quae primo obtutu alii papyrorum classi assignandae videntur, velut P. Par. 59 (= Nr. 32), qua rationes accepti et expensi mittuntur; id vero feci ductus consideratione etiam nos hodie in epistulis privatis res admodum varias tractare: de pecunia accepta et expensa

1) Praeterea papyro Grenf. I 30, quae est posterior pars epistulae P. Amh. II 39.

Digitized by Google

accuratissime agere, de rebus publicis opinionem nostram per ambitum exponere cett., nihilominus tamen epistulas id genus privatis adnumerari.

Textum haud paucis locis puriorem quam superiores editores praebeo. Quod et mea et aliorum opera factum est. Ipse papyros Parisinas denuo contuli; quo in labore quod duos solum dies consumere potui, doleo. Papyri Vaticanae collationem novam Thaddaeo Sinko debeo. In aliis papyris imaginibus papyrorum phototypicis nisus hic et illic enodavi, quod alii enodare non potuerunt aut falso enodaverunt, in omnibus lacunas plerisque locis aut primum aut rectius explevi. Multorum aliorum locorum emendatio Ulrico Wilcken debetur. Ille, qua est humanitate, lectiones e collatione in usum sui Corporis papyrorum Ptolemaicarum ab ipso instituta benignissime in meum commodavit usum. Quod eo factum est pacto, ut plagulas recentes a prelo sibi transmissas legeret et locis illis suas lectiones adscriberet. Quas emendationes quovis loco illius viri docti nomine insigniri superfluum est monere. Nonnullis locis papyrorum Londinensium, ubi papyri scripturam ab editore parum recte erutam esse suspicabar, vir doctus Fridericus Kenyon me rogante papyrum denuo inspexit.

In textu papyrorum Flindersianarum constituendo emendationum, quas in III. volumine libri The Flinders Petrie papyri Mahaffy, Smyly, Wilcken, alii protulerunt, diligenter rationem habui. Wilckeni emendationes harum papyrorum scito inspectis papyris factas esse[1]); quod etsi cuivis eas examinanti fere manifestum est, tamen, quia ab editoribus nullo loco diserte indicatur, hic memorare non supervacaneum esse putavi.

Papyri Leidensis K (= Nr. 53) textus, quem praebeo, multis vitiis laborat. Etenim Leemans, quem secutus sum, neque omnia enodavit, quae enodari poterant, neque ea, quae praebet, recte semper eruit.[2]) Cum textum

1) Confirmavit hoc Wilcken per litteras.
2) Ut a Wilckeno accepi.

Digitized by Google

meliorem mihi comparare non possem, dubitavi, utrum textum Leemansianum parum emendatum reciperem an epistulam hanc omnino omitterem. Ut reciperem, ea res momentum attulit, quod sylloge mea, quae hodie universas epistulas privatas in papyris Ptolemaeorum servatas continet, hac epistula omissa manca facta esset.

Textui apparatum criticum subieci. In quo diligenter indicavi, quid meum esset, quid alienum. Eis, quae ipse inveneram, nomen meum adscriptum invenies aut a me esse inventa alias facile intelleges. Lectiones et supplementa lacunarum, ad quae auctor non adnotatur, scito, ubi unus sit editor, huius editoris esse. Ubi plures editiones erant, secutus sum rationem hanc. In papyro Vaticana, cuius novam collationem tum demum accepi, cum iam plagulas corrigebam, lectiones universorum editorum enotatas invenies. Papyri Londinenses a Kenyone diligenter collatae sunt; in his superiorum editorum lectiones hodie falsas singillatim afferre superfluum ratus recentissimi tantum editoris rationem habui. Addendum est in papyris Parisinis, ut brevitati consulerem, universas scripturas et supplementa Letronnio me tribuisse, cum accurate dicenti saepius vel alter editorum, Brunet de Presle, vel uterque editor appellandus fuisset.

In papyris Parisinis litteris ambiguis puncta supposui ego, a Letronnio enim litterarum ambiguitas non indicatur. In aliis papyris idem feci passim, eis nisus, quae editores de litterarum vestigiis adnotaverunt.

Epistulas notis instruxi. Quibus paucissimo legentium numero me satisfacturum scio, cum futurum sit, ut aliis superflua, aliis pauca explicare videar. Non enim praebeo commentarium plenum atque integrum, qui et sermonem et res ab omni parte et abunde illustret; immo notarum quam parcissimus esse volui et ea tantum explicare studui, quae mihi imprimis explicatione indigere videbantur. Nullis notis additis epistulas edere nolui, tum enim tironibus nimis magnas difficultates afferrent; contra omnia explicare nec potui nec volui. Non potui, epistulae enim multa prae-

Digitized by Google

bent, quae nobis obscura sunt; sed ne volui quidem, cum enim id agerem, ut sylloge haec etiam scholis academicis subici posset, videndum erat, ut pretium libelli modicum fieret. Restabunt igitur nonnulla, quae explicatione indigeant, velut mensurae, rationes temporum, munera magistratuum, alia. Quae si explicare voluissem, longus esse debui. Itaque eos, qui hoc libello usuri sunt, ad libros de papyris tractantes relego, ubi res illas uberrime explanatas invenient. Ipse potissimum significationem vocabulorum indicare studui, utpote quae mea quidem opinione legentibus maximas difficultates praebere soleat. Res grammaticas paucis tantum locis attigi, cum et hic omnia explanaturo mihi certi fines vix inveniri potuissent. Haud pauca, quae in his epistulis mihi obscura erant, perspicua fortasse facta essent, si universas papyros, quae his proximis annis in lucem protractae sunt, universosque libros de eis conscriptos perlegere potuissem; quod me aliis officiis occupatum facere non potuisse vehementer doleo.

Quod lectiones supplementaque lacunarum a viris doctis in ephemeridibus et peculiaribus libris proposita, tum ea, quae ad res vel ad singula vocabula explicanda scripta sunt, fortasse non semper in meum converti usum, facile condonabit, qui res illas innumeris locis dissipatas esse reputaverit. Certe scito emendationes illas, quantum fieri potuit, diligenter me adscivisse. Nonnullas ephemerides inspicere mihi non licuit.

In hoc libello adornando difficultates mihi proponebantur haud exiguae. Etenim epistulae illae intellectu saepe perquam difficiles sunt, cum homines, de quibus in eis agatur, eorum vitae condiciones, alia nobis haud raro prorsus ignota sint. Praeterea passim res attingendae erant, quarum plena et accurata cognitione me carere sentiebam. Quae cum ita sint, errorum, quos in primo hoc papyrorum delectu plane evitari non posse mihi probe conscius sum, a lectoribus veniam peto. In hoc libello adornando omnibus me placiturum minime speravi, quoniam ita sunt homines, ut alii alia desiderent; contentus ero, si concedent opusculum hoc quadamtenus utile esse eis, quorum studiis inservire

Digitized by Google

volui et si ad epistulas illas restituendas et interpretandas hic illic aliquid de meo vel aliorum penu attulisse videbor.

Denique liceat mihi nonnulla de fatis huius opusculi subicere. Syllogae meae exeunte anno 1904 plagulas corrigebam, cum papyrorum Flindersianarum volumen III et novas epistulas et superiorum epistularum emendationes continens propediem lucem visurum a Wilckeno comperi. Cum ab editore Smylio impetrare non potuissem, ut plagulas novae editionis ad meas epistulas spectantes mecum communicaret, exspectare, dum editio ipsa prodiret, coactus eram. Quod tandem aestate anni 1905 factum est. Novas epistulas, quae in volumine III editae sunt, huic syllogae inserui, et emendationes virorum doctorum ibidem collectas diligenter adscivi. Non potui tamen universas papyros III illius voluminis accurate examinare, ne plagulis mei opusculi prelum multos menses exspectantibus longioris morae auctor essem. His, quae exposui, libelli mei fatis viros doctos excusaturos spero, si in nonnullis rebus minoris momenti mihi non semper constiterim.

Restat, ut viris doctis, qui me in hac sylloge edenda opera sua adiuverunt, gratias agam debitas. Ulricus Wilcken quantum hunc libellum foverit, iam supra exposui; qui plagulas sibi transmissas legit, multorum locorum emendationes mecum communicavit, omnino praesentem operam non denegavit. Post Wilckenum singulares gratiae persolvendae sunt viro docto Carolo Boreux, in museo Louvre antiquitatum aegyptiarum custodi, qui absente huius sectionis praefecto Eugenio Revillout papyros graecas collaturo mihi insigni liberalitate commodavit. Complures locos papyrorum Londinensium vir doctus Fridericus Kenyon a me rogatus summa benignitate inspexit, Bernardus Grenfell me de patria aliquot papyrorum ambigentem et locum, quo asservarentur, ignorantem humane verum docuit. Papyrum Vaticanam Thaddaeus Sinko in usum meum prompto animo contulit. W. Schubart, quem de nonnullis papyri Passa-

Digitized by Google

lacqua locis interrogavi, cum papyrum ipsam reperire non potuisset, imaginem libro Passalacquae adiectam consuluit et, quae enodaverat, summa humanitate mecum communicavit.

Quod universas fere recentiores collectiones papyrorum Leopoli consulere potui, Alexandro Semkowicz, bibliothecae Universitatis praefecto, debeo.

Denique grato animo nominandus est bibliopola egregius B. G. Teubner, qui propenso animo concessit, ut plagulis iam prelo paratis epistulas e tertio papyrorum Flindersianarum volumine insererem, in papyris Parisinis eorumque apparatu post papyros inspectas multa immutarem, editionem meam tabula phototypica ornarem.

Discipulus meus Ed. Skarbiński mihi extra Leopolim commoranti complurium librorum locos inspexit.

Scribebam Leopoli mense Maio MCMVI.

ADDENDA.

Ad p. XIII: „7. In Thebaide"; ut vid., repertae in Gebelên, cf. Grenf. II p. 42.

„ p. 13: P. Fl. P. III 42 H 8 f, 9 [= Nr. 6] an μ]ε̣τ̣α̣βεβληκέναι?

„ p. 26: P. Fl. P. II 40 a, 4 [= Nr. 16] Ἀών[χιος (vel Ἀών[χει)?

„ p. 42: App. crit. l. 19: Sinko conferebat papyrum cum textu, in quo τήν τε γυναῖκα legebatur.

„ p. 43: P. Par. 32, 16 [= Nr. 28] (comment.) εἴρηκης = εἴρηκες, cf. παρείληφες Oxyrh. 742, 4 [= Nr. 56].

„ p. 57: P. Par. 58, 13 [= Nr. 35] an ἀποδούηι? (cf. ἀποδῴη Aristeas 238).

„ p. 90: P. Grenf. II 36 [= Nr. 54] (comment.)
l. 1: Hic Petosuchus (in aliis papyris audit Petesuchus), Panebchunios (vel Panobchunios) filius, eiusque tres fratres: Petearsemtheus, Phagonis, Psennesis noti sunt nobis ex multis contractibus (Grenf. II 23 a; 24—30; 32; Lips. I 1; 2; 7; 104), a. 107—99 scriptis. Erant Πέρσαι τῆς ἐπιγονῆς et habitabant Pathyri. De genealogia familiae cf. Grenfell II p. 48; Mitteis Lips. I p. 24 sq.; Gerhard Philol. 63, 568—571.
l. 2: Παγάνει; in aliis papyris audit Φαγῶνις.
(app. crit. l. 7): In P. Lips. 104, 21 [= Nr. 53 b] occurrunt eaedem sex personae. Ibi Wilck. legit: Ἐσθώτης et Ἀλμέντις.

Digitized by Google

MENSES AEGYPTII.

1.	ϑῶθ	Aug.	29 —	Sept.	27
2.	φαῶφι	Sept.	28 —	Oct.	27
3.	χοῖαχ	Oct.	28 —	Nov.	26
4.	ἀθύρ	Nov.	27 —	Dec.	26
5.	τῦβι	Dec.	27 —	Ian.	25
6.	μεχεῖρ	Ian.	26 —	Febr.	24
7.	φαμενώθ	Febr.	25 —	Mar.	26
8.	φαρμοῦθι	Mar.	27 —	Apr.	25
9.	παχών	Apr.	26 —	Mai.	25
10.	παῦνι	Mai.	26 —	Iun.	24
11.	ἐπεῖφ	Iun.	25 —	Iul.	24
12.	μεσορή	Iul.	25 —	Aug.	23.

CONSPECTUS LIBRORUM,

QUI SAEPIUS LAUDANTUR SAEPIUSVE SUNT ADHIBITI.

Ägyptische Urkunden v. Urkunden.

Anz Henr., Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alexandrina repetita. Diss. Halensis. Halis 1894.

Aristeae ad Philocratem epistula .... ed. Paulus Wendland. Lipsiae 1900.

Blass Friedr., Grammatik des Neutestamentlichen Griechisch. 2. Aufl. Göttingen 1902.

Botti, Bulletin de la Société archéologique d'Alexandrie (Nr. 2). Alexandrie 1899. [= P. Alex.]

Crönert Guil., Memoria graeca Herculanensis. Lipsiae 1903.

Deissmann Adolf, Bibelstudien. Marburg 1895.

Deissmann Adolf, Neue Bibelstudien. Marburg 1897.

Gerhard Gustav Adolf, Untersuchungen zur Geschichte des griechischen Briefes. I. Heft. Die Anfangsformel. Diss. Heidelb. Tübingen 1903.

Digitized by Google

Glaser Otto, De ratione, quae intercedit inter sermonem Polybii et eum, qui in titulis saeculi III, II, I apparet. Diss. Gissae 1894.

Goetzeler Ludov., De Polybi elocutione. Diss. Erlangensis. Wirceburgi 1887.

Goodspeed Edgar J., Greek papyri from the Cairo Museum. (The University of Chicago. The decennial publications. Vol. V.) Chicago 1902. [= P. Goodsp.]

Grenfell Bernard P., An Alexandrian erotic fragment and other Greek papyri chiefly Ptolemaic. Oxford 1896. [Greek papyri, Series I.] [= P. Grenf. I.]

Grenfell Bernard P. and Mahaffy J. P., The revenue laws of Ptolemy Philadelphus. Oxford 1896. [= P. redituum.]

Grenfell B. and Hunt S. A., New classical fragments and other Greek and Latin papyri. (Greek papyri, Series II.) Oxford 1897. [= P. Grenf. II.]

Grenfell B. and Hunt S., The Amherst papyri. Part II. London 1901. [= P. Amh. II.]

Grenfell B. and Hunt S., The Oxyrhynchus papyri. Part IV. London 1904. [= P. Oxyrh. (IV).]

Grenfell B.-Hunt S.-Smyly J. G., The Tebtunis papyri. Part I. Vol. I. London 1902. [= P. Tebt.]

Grenfell B.-Hunt S.-Hogarth D., The Fayûm towns and their papyri. London 1900. [= P. Fajûm.]

Hatzidakis G. N., Einleitung in die neugriechische Grammatik. Leipzig 1892.

van Herwerden Henr., Lexicon graecum suppletorium et dialecticum. Lugd. Bat. 1902.

Kenyon Fred. G., Greek papyri in the British Museum. 1. Catalogue. 2. Facsimiles. Part I. London 1893. [= P. Lond.]

Leemans C., Papyri graeci Musei antiquarii publici Lugduni-Batavi. T. I. Lugd. Bat. 1843. [= P. Leid.]

Letronne, Les papyrus grecs du Musée du Louvre et de la Bibliothèque Impériale, publication préparée par L., exécutée par W. Brunet de Presle et E. Egger. (Notices et extraits des manuscrits de la Bibl. imp. T. XVIII, 2.) Paris 1866. [= P. Par.]

Mahaffy John P., The Flinders Petrie papyri with transscriptions, commentaries and index. (Royal Irish Academy. Cunningham Memoirs. Nr. VIII, IX, XI.) Part I. Dublin 1891. — Part II. Dublin 1893. — Appendix. Dublin 1894. — Part III. by Mahaffy John P. and Smyly J. Gilbart. Dublin 1905. [= P. Flind. Petr.]

Mai Angelus, Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum t. V. Romae 1833. [= P. Vat.]

Digitized by Google

Mayer-G'schrey Ricardus, Parthenius Nicaeensis quale in fabularum amatoriarum breviario dicendi genus secutus sit. Heidelberg 1898.
Mayser Edwin, Grammatik der griechischen Papyri aus der Ptolemäerzeit. 1. Teil. Progr. Heilbronn 1898. — 2. Teil. Progr. Stuttgart 1900.
Nachmanson Ernst, Laute und Formen der magnetischen Inschriften. Upsala 1903.
Peter Hermann, Der Brief in der römischen Literatur. Leipzig 1901.
Peyron Amedeus, Papyri graeci regii Taurinensis Musei Aegyptii. Pars I. Taurini 1826. — Pars II. Taurini 1827. (Memorie della Reale Accademia delle Scienze di Torino. T. XXXI e XXXIII.) [= P. Taur.]
Peyron Bernardino, Papiri greci del Museo Britannico di Londra e della Biblioteca Vaticana. (Memorie della R. Accademia delle Scienze di Torino. Serie II. Tomo III. Scienze fisiche e matematiche.) Torino 1841. [= P. Vat.]
Preisigke F., Familienbriefe aus alter Zeit. Preuß. Jahrb. 108 (1902) p. 88—111.
Revillout E., Mélanges sur la metrologie, l'économie politique et l'histoire de l'ancienne Egypte. Paris 1895. [= P. Revill.]
Schmid Wilh., Der Atticismus in seinen Hauptvertretern von Dionysius von Halikarnaß bis auf den zweiten Philostratus. 4 Bde. und Registerband. Stuttgart 1887—1897.
Schweizer Eduard, Grammatik der pergamenischen Inschriften. Berlin 1898.
Strack Max, Die Dynastie der Ptolemäer. Berlin 1897.
Urkunden, Ägyptische, aus den Kgl. Museen zu Berlin. Griechische Urkunden. Bd. I—III, IV 1—3. Berlin 1892—1905. [= P. Berol.]
Wessely Carl, Studien zur Paläographie und Papyruskunde. Heft 3. Leipzig 1904. — Heft 4. Leipzig 1905.
Wessely Carl, Topographie des Faijûm (Arsinoites nomus) in griechischer Zeit. (Denkschriften der Wiener Akademie der Wiss.) Wien 1905.
von Wilamowitz-Moellendorff Ulrich, Griechisches Lesebuch. 4 Halbbände. Berlin 1902. [= Gr. Les.]
von Wilamowitz-Moellendorff Ulrich, Reden und Vorträge. Berlin 1902.
Wilcken Ulrich, Griechische Ostraka aus Ägypten und Nubien. 2 Bde. Leipzig und Berlin 1899.
Witkowski Stanislaus, Prodromus grammaticae papyrorum graecarum aetatis Lagidarum. (Seorsum impressum ex XXVI. Tomo Classis philologicae Academiae Litterarum Cracoviensis.) Cracoviae 1897.

Digitized by Google

EXPLICATIO

AD TEXTUM ET APPARATUM CRITICUM.

Uncis quadratis [] circumdedi ea, quae in papyro perierunt.
Uncis fractis < > ea inclusi, quae a scribente supra lineam sunt addita.
Uncis fractis geminatis « » inclusi, quae ab editore recenti suppleta sunt.
Uncis rotundis ( ) circumduxi vocabula vel litteras, quae in papyro compendio scriptae sunt, velut (ἔτους) = L.
Uncis bipartitis { } ea sunt inclusa, quae editoribus recentibus removenda videntur. (Eis tamen, quae ad solam orthographiam pertinent, hoc signum plerumque non apponitur.)
Uncis bipartitis duplicibus {{ }} circumscripsi ea, quae a scribente deleta sunt.
Puncta litteris supposita (velut α̣) litteram nec prorsus evanuisse nec distincte legi designant.
In lacunis, quae in medio versu exstant, punctis numerus litterarum, quae interciderunt, indicatur, quem tamen accuratum esse non posse res ipsa declarat.
Papyri Parisinae. In apparatu harum papyrorum „Witk. Prodr." significat lectionem a me in Prodromo coniectam papyro inspecta confirmatam esse.

COMPENDIA.

im.	= imago.
Arch. f. P.	= Archiv für Papyrusforschung.
B. ph. W.	= Berliner philologische Wochenschrift.
G. g. A.	= Götting. gelehrte Anzeigen.
Gf.-H.	= Grenfell-Hunt.
Gf.-H.-Sm.	= Grenfell-Hunt-Smyly.
Keny.	= Kenyon.
Mah.	= Mahaffy.
Sm.	= Smyly.
Wilam.	= Wilamowitz.
Wilck.	= Wilcken.
Witk.	= Witkowski.
Witk. Prodr.	= Witkowski Prodromus.
W. f. kl. Ph.	= Wochenschrift für klass. Philologie.
Z. f. ö. G.	= Zeitschrift für österr. Gymnasien.

Digitized by Google

A. EPISTULAE CLEONIS ARCHITECTI, EIUS UXORIS ET FILIORUM.

In papyris Flindersi Petrii exstat epistula a Philonide ad patrem missa (P. Fl. P. I 30, 1 — Nr. 1 huius edit.). Eadem manu exaratae sunt tres aliae epistulae, quarum duas Mahaffy publici iuris fecit (P. Fl. P. II 13, 19 — Nr. 8, P. Fl. P. III 42 H 7 — Nr. 5), tertiam misere dilaceratam edere omisit (v. Nr. 5 a). In parte aversa epistulae editae in P. Fl. P. III 42 H 7 (= Nr. 5) legitur vox *Κλέωνι*, id quod docet Philonidem fuisse filium Cleonis architecti, ad quem multae papyri Flindersianae pertinent. Iam in compluribus papyris fit mentio Philonidis illius una cum Polycrate eum in modum, ut Philonidem et Polycratem fratres fuisse probabiliter conicere possimus; cf. P. Fl. P. II 16, 11 (= Nr. 4) *καὶ Πολυκράτης τὸ γινόμενον αὐτῶι παρὰ Φιλωνίδου ἕως τοῦ νῦν κτλ.* et l. 6, P. Fl. P. II 11, 1, 5 (= Nr. 3) *γίνωσκε δέ με ἔχοντα παρὰ Φιλωνίδου* (*δραχμὰς*) *ο'* (in epistula Polycratis). (Epistulam Philonidis P. Fl. P. II 42 c in hac sylloge non repetivi, quia non ad res privatas, sed publicas spectat.) Ipsius Cleonis habemus epistulam unam (Nr. 9), ad Paeonem missam. Cleo ille fuit *ἀρχιτέκτων* nomi Arsinoitici, quae regio hodie Fajûm appellatur. Curae eius mandatae erant aquae, canales et aggerationes, tum aedificia publica. Circa a. 260 grandi fossa incili ducta Cleo aquam meridionalis partis Moeridis lacus emisit solumque hoc modo comparatum in agrum fertilem commutavit. Quo in agro Philadelphus colonis Graecis deductis multos vicos condidit. Nomi caput *Κροκοδίλων πόλις* vocabatur; quae posteriore tempore a nomine coniugis Philadelphi Arsinoes appellationem accepit. Cleonem officia cogebant, ut magnam anni partem extra nomi caput degeret. Filiorum natu maior fuit Philonides.

Digitized by Google

Alter, Polycrates, in Crocodilorum sine dubio urbe *εἰς γεωμέτρου ἐπορεύετο* (P. Fl. P. II 11, 2, 3 = Nr. 2), i. e. apud agrimensores regios artem agros metiendi discebat.[1]) Qui pecunia deficiente a Philonide fratre 70 drachmas mutuatur. Philonidis domicilium et ipsius Crocodilopoli primo videtur fuisse constitutum, in P. Fl. P. I 30, 1 (= Nr. 1) enim plurali numero *ἐγράψαμεν* sine dubio se ipsum et fratrem, fortasse etiam matrem et ceteros propinquos, designat. Idem, qui in hac epistula in inopia se degere queritur, in P. Fl. P. II 11, 1, 5 (= Nr. 3) habet non solum, unde ipse vivat, sed etiam, unde fratri natu minori commodet, qua ex re colligi potest eum interea magistratum aliquem vel aliud munus adeptum esse. Utrum et tunc Crocodilopoli an alio in loco habitaverit, diiudicari non potest. Cum rex in nomum Arsinoiticum venisset, Cleonem parum benigne accepit. Quam iram graviter ferentem Philonides consolatur (P. Fl. P. II 13, 19 = Nr. 8).[2]) Cf. Mahaffy, The Flinders Petrie papyri II praef. 6 sq.; Wilamowitz, Reden und Vorträge 246 sqq. (ubi de Cleone plura) et Gr. Les. II 261.

Vicarius Cleonis fuit Theodorus (P. Fl. P. II 13, 19, 11 = Nr. 8). Qui ei postea in munere successit.

In compluribus papyris ad Cleonem spectantibus occurrit nota anni tricesimi (velut P. Fl. P. II 4, 1)[3]), id quod ad tricesimum Philadelphi annum referendum est. Qua re innisi acta et epistulas ad Cleonem et a Cleone missas medio III. a. Chr. saeculo tribuemus.

---

1) Paulo aliter Wilamowitz: „in dem Bureau der königlichen Landmesser gegen ein kleines Gehalt arbeitete" (Gr. Les. l. mox l.).

2) Wilamowitz, Gr. Les. II 261: „als der — angekündigte (sc. in P. Fl. P. II 11, 1 = Nr. 3) Besuch des Königs stattfand, ist er in Ungnade gefallen." Quam acutissimam viri docti coniecturam papyrus nuper publici iuris facta (P. Fl. P. III 42 H 8 f = Nr. 6) splendide confirmavit. Opinione Mahaffii Cleo fuit aetate provecta et magistratu suo decédere in animo habebat (The Fl. Petr. pap. II praef. 6 sq.).

3) Etiam tricesimi primi, tricesimi secundi et fortasse tricesimi tertii (P. Fl. P. III p. 106 sq.).

Digitized by Google

1. EPISTULA PHILONIDIS AD PATREM CLEONEM.

P. Flind. Petr. I 30, 1. Asservatur in Museo Britannico (nr. DCCC). Reperta in Fajûm. Saec. III. a. Chr. medii. — Ed. Mahaffy, The Flinders Petrie pap. I 30, 1 (cum imagine phototypica). Cf. Wilcken in Fl. P. III p. XVI.

Φιλωνίδης τῶι πατρὶ χαίρειν. καλῶς ποιεῖς, εἰ ὑγιαίνεις, ὑγι[αίνω δὲ
καὶ] αὐτός. ἐγράψαμέν σοι καὶ ἐν ταῖς ἔνπροσθεν ἐπιστολαῖς, ὅ[τι . . . .
. . .]ῳ ἔχομεν οὐδὲ τὰ ὀθόνια· ὡς ἂν <οὖν> λάβωμεν, π[όησον?, οἶσθα γὰρ τὸν

1 ὑγιαίνεις Witk. ex im., ὑγιάνεις Mah. errore 2 ἔνπροσθεν Witk. ex im. et Wilck., ἔμπροσθεν Mah. falso 3 οὐπ]ω Wilck.,]α Mah. | post ὡς videtur littera esse erasa | an π[αρὰ σοῦ? Witk. | οἶσθα γὰρ τὸν suppl. Witk. 3 sq. non fuit τὸν | υἱὸ]ν;

---

2 ἐγράψαμεν de se ipso et de fratre loqui videtur.

3 ὀθόνιον secundum Suidam est λεπτὸν ὕφασμα. Sic et textum (pannus) et vestimentum, imprimis linteum, appellatur. Cf. Wilcken, Gr. Ostr. I, 266 sq. Hic de vestimentis linteis cogitandum videtur (cf. ὀθώνιον ἐγκοιμήτριον pro -ιον P. Par. 53, 8). Aristeas 320 ἔπεμψε δὲ καὶ τῷ Ἐλεαζάρῳ . . . . στολὰς δέκα καὶ πορφύραν καὶ στέφανον . . . καὶ βυσσίνων ὀθονίων ἱστοὺς ἑκατόν; tit. Rosett. 17 sq. τῶν τ' εἰς τὸ βασιλικὸν συντελουμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς βυσσίνων ὀθονίων ἀπείλησεν τὰ δύο μέρη et 29. Cf. Grenfell-Hunt, Tebtun. pap. I. ad 5, 63. Apud Polyb. 5, 89, 2 sunt lintea velis conficiendis, quo sensu et hoc loco Mahaffy vocem accipiebat. Vix sunt lintea ad alliganda vulnera.

ὡς ἂν c. coni. (opt.) iam apud Hom., velut β 376; occurrit in enuntiatis finalibus et apud Atticos, cf. Xen. Anab. 2, 5, 16 ὡς δ' ἂν μάθῃς, . . . ἀντάκουσον. In papyris, titulis et apud auctores aetatis hellenisticae ὡς et ὡς ἂν in his enuntiatis raro inveniuntur; cf. Amelung, De Polybii enuntiatis finalibus (Ha-

Digitized by Google

. . .] . τ̣ὸν ὄν[τ]α̣ ἐν Μέμφει ἀρρωστοῦντα καὶ τ̣[. . . . . .
5 ἐν τ]ῷ̣ι Ἀσκληπιείωι. ἔρρωσο.
φαρμοῦθι [. .

Wilam. Reden 250 de servo cogitat 4 τ̣ὸν ὄν[τ]α̣ Witk., si non est τ̣, est ρ̣ aut υ̣;]υρον οντα Wilck. (idem: Μ]ύρον?),]ιρομον[ ]α Mah., sed -ονον[videtur certum esse | καὶ τ̣[video, neque igitur θ|εραπευόμενον neque κ[είμενον fuit 5 | ἐν Witk., ἐν] | [τ]ῶι Wilck.

lis 1901). Sed fortasse enuntiatum est temporale, v. notam ad P. Par. 46, 18 (= Nr. 38).

5 ἐν τ]ῷ̣ι Ἀσκληπιείωι aegrotantes curabantur.

2. EPISTULA POLYCRATIS AD PATREM CLEONEM.

P. Flind. Petr. II 11, 2. Asservatur in Collegio Trinitatis (Trinity College) Dublinensi. Reperta in Fajûm. Saec. III. a. Chr. medii. — Ed. Mahaffy, The Flinders Petrie pap. II, 11, 2. Nonnulli loci correcti sunt in P. Fl. P. III p. 112.

Epistula haec data est probabiliter Crocodilopoli (cf. l. 2 τὴν ἱεροποΐαν, l. 3 τὸ οἰκόπεδον). De eodem vectigali agitur etiam P. Fl. P. II 16, 8 sqq. (= Nr. 4).

